

2109

LITURGICI.

2110

tuit, et non solum apostolorum et martirum sed etiam sancte trinitatis et omnium angelorum &c. No-

Qui me finiuit Vhricus

Hoc briuiarium est domini (nomen erasum, lego tamen) *Gottardi Veri plebani in S. Veito. Et est finitus ab incarnatione domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo quarto Per manus Vhrici quondam Notarij Johannis Ciuis uoue Ciuitatis.*

DCCCLXIX.

U. 37^r Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 474. 4. priore parte luculento, parte altera minore, sed utroque nitido caractere perscriptus, et rubricis illustratus *Breviarium* est, quod officium Chori per anni decursum hoc ordine complectitur. *Calendarium*, quod e Sanctorum nominibus ad *Germaniam*, et e miniata ad diem 3. *Aug. Inuencione S. Stephani protomartiris*, sequentique *Translatione S. Valentini* ad Dioecesin *Patauiensem* referas, *Psalmodiam* de Tempore, *Litanias* OO. SS. Indigetibus *Germaniae* refertas, *Hymnarium* multa exoleta continens, *Vigilias* Mortuorum maiores et minores, *Proprium* Festorum Domini et Sanctorum a *Pentecoste* usque ad *Aduentum*, unde patet Codicem hunc non nisi dimidium esse totius *Breviarii*, demum *Lectioarium* Biblicum, et *Officium* de SS. commune. Atque ex hac serie liquet, quantum hodie-

ta *Gregorium* *antitermos* *minorem*. Ad calcem:

paucula sciuit.

na *Officii* sacri dispositione molestae dicendorum conquisitioni paratur.

DCCCLXX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 9 XIV. Folior. 119. f. caractere atro, crasso luculente perscriptus duabus columnis, minioque distinctus *Liturgicus* est, pertinens olim ad *Ecclesiam* cath. *Strigoniensem* in *Hungaria*. Init a *Calendario* miniatorum *Festorum* perquam ferace, et multorum sacrorum *Hominum* ejus *Ecclesiae* diebus emortalibus a diversa manu usque ad Sec. XVI. notato, additis etiam quorundam piis *Legatis*. Hos inter 1. *Febr.* obitus *Dionysii de Zecz*, *Card. Archiep.* 1465. 20. ejusd. *Demetrii SS. quatuor Coronator. Card. Archiep.* 1387. 30. *Maji Johannis Archiep.* 1418. 1. *Jul. Nicolai de Themesswar* Cantoris, *Praep. de Castro Strigon.* et Auditoris *Cauffar. Concilii Basil.* 1457. 8. *Aug. Johannis Archiep.* 1472. 11. *Sept. Lodovici Regis* 1382. 1. *Dec. Thomae Archiep.* 1375. Atque ultimum istud eadem manu, qua *Codex* ipse, scriptum est, unde totus ad illum annum revocandus. *Ceteri Praepositi, Canonici, Praebendarii* sunt. *Calendarium* excipit *Benedictio* *Salis et Aquae, Capitulare*

tolare et Orationale per annum pro Chori officio, Preces ad singulas Horas, Litaniae OO. SS. prolixus *Ordo ad uisitandum siue unguendum infirmum oleo sancto*, cum Precibus in exitu Animae. Hic porro hiat *Codex*, atque ex abrupto Lectiones quaedam et Evangelia notulis musicis instructa succedunt, et deinceps Commemorationes variorum Sanctorum, praecipue *Hungariae* Indigetum, quas etiam habes in *Breviario Strigoniensi* mandato *Mathiae* Regis a *Michaele* Ep. *Milkoviensi* in Ecclesia *Strigoniensi* in Pontificalibus Vicario ad imprimendum tradito *circumspetto Theobaldo feger de kirchem librario* a. 1484. f. absque loci mentione, ut in *Monito* praevio dicitur. *Theobaldum* hunc alias *Bibliopolam* tantum *Budensem* novimus, unde hanc Editionem alicubi in *Germania*, et fortasse *Norimbergae* curaverit. Etiam huic Editioni *Obitus* quidam praemissi sunt, et quidem nomen supra adducti *Nicolai de Themeswar* solis literis *DD.* exprimitur; mors vero *Johannis* Archiep. non ad 8. sed ad 9. diem *Augusti* ponitur. Exemplum hujus *Breviarii* Bibliotheca *Palat.* conditum servat.

DCCCLXXI.

R. 29 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 380. f. per duas columnas luculente exaratus, rubricisque distinctus, sed injuria temporum inclementer habitus facrum Chori Officium siue *Brevia-*

rium exhibet, quod rursus ad Ecclesiam *Metrop. Strigoniensem* refero cum ob *Divos Hungariae* indigetes in praevio *Calendario* miniatos, tum ob duplicem notam eidem manu *Sec. XV.* adjectam. Legitur nempe ad diem 1. Febr. *Obitus Revmi in christo patris et domini, domini dyonisi de zecz Cardinal. legati et Archiep. Strig. Anno domini M° CCCC° LX^{mo} quinto.* et ad diem 20. *Hic obiit dominus demetrius Cardinalis Strigienss. Anno do M. CCC° LXXX° VII^{mo}.* Id, quod dirimit dubia a *Nic. Schmitth* in *Archiepp. Strigon. P. I. p. 210.* relicta, confirmatque adfertur amicissimi *Prayi Hierarch. Hung. P. I. p. 171.* Sedem *Strigon.* a. 1387. vacasse *Dominica Ramispalmarum.* Ad diem 8. *Aug.* etiam in hoc exemplo notatur *Adventus sanguinis christi*, non tamen minio. Ceterum nihil habet singulare, nisi quod praemissa fit *Institutio* chronologica de ordinando tempore ecclesiastico, quod in pluribus ejusmodi *Codicibus liturgicis* observatum videmus.

DCCCLXXII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3342 XIV. Folior. 351. 8. min. per duas columnas crassiuscule, et densius exaratus, coloribus illustratus usque satis tritus *Breviarium* est ad ritum ordinis *S. Benedicti*, quod nihil peculiare praefert, nisi quod inspectis *Festis*, et *Sanctorum*, qui *fol. 67. p. 2.* in *Litaniis* invocantur, nominibus, *Adalberti, Stanislai, Viti, Wenceslai, Sigismundi,*